Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ñ fregerunt eius crura. sed unus militum lancea
latus eius aperuit. et continuo exiuit sanguis
et aqua. Et qui uidit testimonium perhibuit.
et uerum est testimonium eius. et ille scit quia uera
dicit. ut et uos credatis. Facta sunt enim hec ut
scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo.
Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem
transfixerunt. Post hec autem rogauit
pylatum ioseph abarimathia eo quod esset dis
cipulus ihu. occultus autem propter metum iudeorum.
ut tolleret corpus ihu. Et permisit pylatus.
Venit ergo. et tulit corpus ihu. Venit autem et nic
codemus qui uenerat ad ihm nocte primum.
ferens mixturam myrre et aloes quasi libras
centum. Acceperunt ergo corpus ihu. et liga
uerunt eum linteis cum aromatibus. sicut mos est
iudeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifi
xus est hortus. et in horto monumentum nouum
in quo non dum quisquam positus erat. Ibi ergo
propter parasceuen iudeorum. quia uicina erat
monumentum posuerunt eum.